



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

58. An servi matrimonio copulati possint licite vendi? Et an uxor servi  
teneatur eum sequi in longinquam regionem ablegatum? Ex p. 7. tr. 7. r.  
37.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

2. Hinc infertur : peccare grauiter dominum , si omnino prohibere tentet suo seruo ne ineat matrimonium . Non tamen per hoc tenetur dominus positio-  
conferente : sed potest semper dicere , id sibi non pla-  
cere. Item peccare grauiter dominum , qui conetur  
impedire seruum ab ineundo matrimonio : ita ut post  
promissionem & sponsalia , non possit amandare , vel  
vendere illum in aliam regionem , vbi ea sponsalia  
impleti non possint. Non tamen teneretur dominus ,  
etiam ante sponsalitiam promissionem , deprehendens  
inclinationem serui nuptias molentis , illum retinere  
in eodem loco : sed bene posset vti iure suo , mittendi ,  
aut vendendi illum in alium locum. Rursum pec-  
care grauiter dominum : si pena & supplicio afficiat  
seruum ob contrarium matrimonium : quia non po-  
telt illum iuste punire ob actionem licitam , & non  
in iuriolam ipsi domino. Non tamen per hoc teneret  
dominus , praestare adhuc seruo illa gratuita benefi-  
cia , quia aliqui illi praestare solitus , aut paratus erat :  
vel ita benignè tractare , sicut aliquo faceret. Et hæc  
omnia docet Auctora de Sacra. Maritim. q.3. sct. 7. &  
Sanchez lib. 7. diff. 2. 1.

RESOL. LVIII.

*An servi matrimonio copulati possint licite vendi?*

*Et an uxoris serui teneatur eum sequi in longinquam  
regionem ablegatum? Ex parte 7. tractatu 7.  
Ref. 37.*

**S. I.** Responde distinguendo ex communi sententia Doctorum in cap. 1. de coniug. servorum aut seruus iniuit matrimonium domini confundit, aut eo inficio, vel repugnante. Si primus, non licet vendere, quoniam damnum, & malum coniugi infertur, ut est constans omnium opinio. Si secundum, Naturae sentit in Man. cap. 22. num. 34. id facere licere domino absque lethali peccato: eo quod dominus vendit seruum tanquam rem suam, cuius pretio indiget. Angelus tamen in ver. Matrimonium, impedimento 4. num. 5. Sylvestr. verb. serinus, quasf. 7. Sotus 4. d. 35. quasf. 1. art. 1. negant cum Sancto Thoma in Addit. quasf. 52. art. 2. ad 4. id iuris dominum habere, eo quod vxor damnum graue patiatur invita. Sed utraque opinio facile conciliari potest. Etenim si in longinqua, & remota regione dominus via cum seruo commoretur, & egreditur, & inopia prematur, salua conscientia vendere potest, ut sibi ex pretio subveniat, quamuis seruus sit matrimonii vinculo adstricatus. Si in patria dominus degat, & necessitate aliqua cogatur, nisi ex serui pretio sibi succurrat, ibique emptorem ad vicina loca non inueniat, fas est seruum vendere emptori peregrino etiam in longinqua, & remota loca. His exceptis, & alias huius generis causis, non licet domino seruum vendere in longinquam regionem anstrandendum, & transmittendum: eo quod vxoris eius graue damnum inferratur contra iustitiam. Quæres, An vxor serui debeat eum sequi in longinquam regionem allegatum? Respondet Sotus loco supra citato, Si maritus seruus possit commodè vxorem educere, id facere debebet, cui vxor patre iure connubii cogeretur. Si vxor item maritum sequi commodè posset, tametsi eam ille non deduceret, sequi debet: secus autem, si id commodè facere nequeat. Et hec omnia docet Azorius tom. 2. lib. 2. cap. 38. quasf. 6. cui addit Filiuclius tom. 2. tractat. 28. part. 2. cap. 3. num. 74. & Trulench in Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 1. dub. 6. num. 4.

2. Vide etiam Sanchez lib. 7. distat. 22. per totam, & Auerlam quæst. 3. scilicet 7. vbi sic ait: Hunc D. Thomas in 4. d. 36. quæst. 1. art. 2. ad 4. aliquid plures notant non licere domino vendere, ac distractare fernum in regionem longinquam, sic leparando eum ab altero coniuge, & impediendo viam coniugij. Id tamen non admitit Scotus eadem dist. quæst. 1. §. Dico ergo, & alij quidam, quod scilicet ferui absque consensu domini nupl. Alij vero plures variis modis distinguunt. Et quidem limitata est conclusio D. Thomæ, quando alter coniux potest commodè sequi illum qui venditur in regionem longinquam, quia tunc per se non impeditur vius coniugij. Et quando dominus graui necessitate premeretur, nec inueniret sufficiens pretium serui in loco suo; quia tunc præponderate videtur necessitas domini. Et multum etiam refert, si dominus contradicxit vel consenserit matrimonio sui serui. Aut alia circumstantia occurrat. Quod toto terram erit prudenti arbitrio discernendum. Ita Auerla,

R E S O L . L I X .

*An seruus teneatur magis seruire Domino, quam uxori?* Ex part. 7. tr. 7. Ref. 38.

§. 1. **R**espondeo, & dico primo, quod si seruos  
vxorem duxit infcio domino, aut iniuxo,  
magis debet præstare obsequium domino, quam vxo-  
ri. S.Thom.in 3. parte, questione 5. 2. art. 2. ad 3. Glosse.  
1. de unigen. fern.

2. Dico secundū. Si seruus domini consensu vxori duxit, tenetur magis seddū vxori insluim, quam domino. Ratio est, quia eo ipso quod domini consenseru seruus contraxit, in plicite ac tacite voluit, vt seruus vxori sue debitum redderet. Hinc est, vt si eodem tempore dominus aliquid seruo precipiat, & vxor debitum petat; si seruus utrumque præstare potest, & ad utrumque teneatur. At si nequeat utrumque simul præstare, potius coniugi parere debet quam domino. In praxi tamen vix poterit id contingere; & semper vxor consencia domini voluntatis, potest facile diffire petitum complexum in commodius tempus. Et ita docet Fillius, tom. 2, fr. 8, p. 2, c. 3, n. 62. Azorius tom. 2, lib. 2, cap. 38, quest. 5. Trullench in Decal. tom. 1, lib. 4, cap. 1, dub. 5, n. 9. & Averua de Sacram. Matrim. quest. 21, sent. 1. At de tuta hac materia vide Sanch. lib. 7, diff. 2, 1, per totā.

RESOL. LX.

*An seruus possit dare mutuo? Ex parte 7. tractatu 7.*  
Ref. 23.

**S. I.** Respondeo quod si dominus concessit seruo administrationem peculij, potest dare mutuum & accipere, *si fugitiu[m] ff. de reb. cred.* sin minus quandcumque seruus mutuum det, is qui accipit obligatum domino, non seruo: dominus enim accipit ius ex contractu serui, leg. nec seruus ff. de pecul. Denique si seruus mutuum accipiat, si quidem iussu, aut nomine domini, & sic dominus obligatur: sin minus, seruus obligatur naturaliter, hoc est si fuerit adeps libertatem, cogitur reddere mutuum. *I. quod attinet ff. de reg. iure.* In casibus vero in quibus seruus acquirit sibi dominium de aliquibus bonis, ut supra videntur est, posse dare mutuum dicendum est; sed generaliter inquirendum est.

## RESOL